



Ecce annus, quem adhuc gratulando celebramus, fausta nobis obvertit initia. Novum adest **BEATI** Nominis omen. Magisq; nunc illustratur publicus Zittanorum Amicus, ut impofterum beneficia, quibus exhibendis natus est, magis sint publica. Multi fecum, multi cum familiaribus ea loqvuntur, quæ nec fatis repeti nec fatis optari poffunt. Cur in hoc lætantium confenfu devota mea fileat pietas? quæ utinam verba nunc haberet in promptu, fublimioribus oculis digna.

Affecutus es, inclyte **SELIGMANNE**, quod Nominis adeo fancti menfuram implet. Magnum est **REGI** placere, quem fuorum nec ingenia, nec virtutes, nec fucceffus fallere poffunt. Impenetrabilis ipfe nihil non penetrat. Qvicquid iudicio tam Augufto gloriofum est, hujus gloriam ubiq; novimus pretiofam. Neq; tamen minus est **HEROI** placere, qui forte folus tanti **REGIS** magnitudinem capere poteft. Quas enim Virtutes Augufto huic muneri cognovit neceffarias, earundem veftigia legi fimul a fubfequentibus gaudet. Ipfe vigilantiffimus, constantiffimus, perfpicaciffimus, quos diligere coepit, hoc testimonio ftatim a tarditatis, timiditatis ac inertis animi fufpicionem penitus abfolvit.